

Johannes Brenz

Joannis Brenti[i] Theologi Celeberrimi Epistola De Exilio Suo

Nunc primum edita ex Bibliotheca Joachimi Morsi[i], Rostoch.: Hallervordeus, [ca. 1616]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730110575>

Druck Freier  Zugang



Ff
1559



Theol. 957.

VIII. 1128.

Ff-1559.





JOANNIS BRENTI
THEOLOGI CELEBERRIMI

EPISTOLA
DE
EXILIO SUO,

Nunc primum editâ

ex Bibliothecâ

JOACHIMI MORSI



Prostat apud Joh. Hallerwordeum
Bibl. Rostock.

REVERENDISSIMO VIRO,
D. GEORGIO MAIORI,
PROFESSORI THEOLOGIAE
IN SCHOLA VVITEBERGENSI,
Dn. ac fratri suo amantissimo.



Alutem *in* τῷ Χριστῷ. Magnas ago
tuae humanitati gratias, quod hoc
belli tempore nos frequentissimis li-
teris, & pijs libellis consolata. Atq;
utinam tam prosper fuisset belli eventus, quam
speravimus, non tot pijs homines maximis peri-
culis fuissent objecti: nec ego nunc exul. Sed
quia Deo in praesens aliud visum, parendum
est voluntati ejus. Postq; ἰσχυροῦς, abeunte
principum exercitu, recepit Nodlingiam,
Dunckelsbugel, & Rotenburgum, necesse ha-
buerunt & nostricives sese dedere. Venit igitur
ἰσχυροῦς ad nos clemens, & quia mea
ades, sicut & aliorum ministrorum Ecclesia,
non erant solenni more in hospitium equitum,
aut militum deputata, existimavimus reculas
& chartulas nostras, nusquam tutiores fore,
quam in nostris adibus. Qua etiam ex re ali-
qui moti, deposuerunt sua quadam apud nos.

Sed!

Landstribl. 982

Sed adveniente Carolo, nonnulli satellites ir-
rumpunt in nostram plateam, & ubi non mox
aperitur, effringunt fores. Ego tamen non
eram domi, sed adveniens reperio satellites
meas ades, non manibus, sed pedibus & alabar-
dis pulsare. Hic unus eorum (quia videbat me
incolam domus) objecit pectori meo alabar-
dam, & nisi mox aperirentur fores, jam mina-
batur transfossurum me. Aperio igitur, se-
quuntur me nescio quot, propono edendum &
bibendum qua habeo. Interim conjicio literas
& chartas in pulpita seris occlusa. Sed cum sa-
tellites ferocire inciperent, necesse habui fami-
liam meam eicere, quam & mox sequor, relictâ
domo, cum omni supellectile satellitibus. Sequen-
ti die venit quidam Episcopus Hispanensium
suo comitatu, & asinabus, & ejectis illis satelli-
tibus, occupat meam domum. Mihi vero non
amplius licebat domum ingredi. Episcopus igi-
tur invadit meam Bibliothecam, scrutatur
omnes chartas, & literas, & excutit singula,
effractis etiam seris pulpitorum; inter has re-
perta sunt quedam litera amicorum ad me, &
exempla literarum ad alios de his bellicis re-
bus,

bus, qua nunc creant maximum mihi pericu-
lum. Accedunt etiam conciones, quas habui
de hoc bello, quod defensio in hoc casu non sit in-
justa, non sit violatio fidei; Alioqui enim non
possemus Deum in hac militia invocare. Hac
necesse mihi fuit Ecclesia exponere. Sed delata
ad Carolum, & à Sycophantia, ut fieri solet, de-
pravata, & exaggerata, exponūt me extremis
periculis. Necesse igitur habui me prius in secre-
tiora urbis loca conferre. Cū v: Senatus urbis,
nō posset me defendere, jusserunt amici, ut exi-
rē urbe, quò & mihi, & ipsis consulerem. Jam n:
eò ventum erat, ut etiam cives sibi propter me
metuerent, nec mihi cum familiā pateret in to-
tā urbe, nisi angustus locus. Adeoq; re ipsa com-
peri, quid sit Longè fecisti à me notos meos, po-
suerunt me abominationem sibi. Egre dior igitur
urbe, in die Thoma Apostoli, vespere, relictā
uxore unā cum sex liberis, & in expectatione
direptionis omnium facultatum: Egre dior au-
tem alienis vestibus, sordidatus magis, quam
indutus & totam ferè noctem in agris uno
tantum comitante aberro, nec benè admodum
adversus tantā frigora munitus. Quid? An-
non.

non putas hanc profectiōnem mihi morte ipsa
graviorem esse, dum reputo meorum nunc
pericula, quae amicis queunt exliteris eorum,
apud me deprehensis accidere, nunc confiscatio-
nem facultatum, quae etsi non magna sunt, ta-
men possunt familiam aliquamdiu sustentare.
Nunc si bona confiscentur, cognosco miseriam
familia mea. Praeterea etiam incursum in me
Hispanorum, qui in viciniā harent, & in ijs
agris, per quos mihi transeundum, vereor.
Dicas igitur cur non exussisti, aut deposuisti li-
teras in tutiorem locum? Respondeo. Speravi-
mus non fore, quod in nostris adibus accidit, quae
ad suscipiendos advenas non erant designatae.
Et habeo talia scripta loco reposita. Et quid? cer-
tè quicquid, sine voluntate Dei factum non est.
Et tamen in ijs nihil scriptum est, quod non sit
ipsissima veritas, vel non possit apud equum ju-
dicem defendi. Sed quid equitas in bello? Si in-
falix eventus mihi imputandus est, accusemus
& Davidem 1. Reg. 21. quod diverteret in fu-
ga apud Achimelech, & dederit occasionem, ut
tot trucidarentur & urbs vastaretur. Accessit
aliud malum, quod tamen abolitum est. divina

clementia. Missi ad me argumentum libri
cujus titulus & inscriptio est Declaratio Ca-
roli ad Barum &c. Hic libellus non primum,
omnium ad me pervenit: sed venit nescio quò
casu ad nobiles aut alios nostra urbis vicinos,
& infensos. Hi libellum benè perlectum &
commaculatum vel tandem curaverunt mihi
reddi. Sed sparserunt in exercitu Caesaris, li-
bellum in nostram urbem missum plenissimum
convitijs & contumelijs, ut typis vulgetur.
Itaq; cum mei cives peterent se recipi in gra-
tiam Caesaris, hoc maximè objectum est eis,
quod permittant, ut in urbe ipsorum excudan-
tur contumeliosissima scripta adversus ^{in urb.}
^{reg. tweg.} ideòq; eos meritos vastationem. Sed
quia nec libellus erat apud nos typis excusus,
nec cives mei scirent, quid actum esset, data est
venia. Vides igitur, etiam tuum libellum panè
fuisse vastationis nostra urbis occasionem. O ca-
lum, ò terra in qua tempora incidimus? & qua
tandem eventura sunt orbi terrarum. O ^{in urb.}
^{reg. tweg.} nondum mutat Religionem in ijs urbibus
quos recepit, nec grassatur in ministros, nec
mibi hoc tempore (ut spero) aliquod periculum
eve-

evenisset, nisi conciones quae fuerunt, modestis-
sima, & preces pro nostrorum victoria
periculum creassent. Usi enim aliquoties su-
mus ea formula, quam D. Pomeranus, vel, ut
puto, Philippus praescripsit. Haec volui tibi per-
scribere copiose, ut scias tibi salutem amici jam
in senectute exulis & tam miseri, in precibus
cura esse coram Domino. Noli de ea re Phi-
lippo scribere, ne ad cumulum miserationum, qui-
bus scio eum hoc tempore plurimum esse adfli-
ctum, etiam meum istum Tragicum casum
adijciam. Non sum fracto animo divina cle-
mentia, sed nisi commovear calamitate mea
familiae (Nam de me non sum valde sollicitus)
ferreus essem, & quomodo possem dominum pro
salute eius invocare? Destitutus sum omni hu-
mana ope, & quo terrarum me vertam, nescio.
Atque non dubito, quin quo magis contrito &
humiliato sum spiritu, eo propior mihi sit
Deus & sit daturus felicem eventum. Porro
autem possum, quae mihi accidunt, ferre, Dno.
Philippo commemores, ut & ipse pro me Do-
minum precetur. Scripsissem etiam D. Joachi-
mo Camerario, sed nescio an tuto littera mit-
tan-

vantur. Nam postquam exercitus principum
à nobis discessisset, audi-vimus ducem Mauri-
tium oppugnare Vitebergam, & scholam à Do-
mino Philippo, & te Magdeburgum esse trans-
latam. Nihil interim certi de rebus Saxoni-
cis, vel Hesiaticis cognovimus. Quare facies
mibi rem gratam, si D. Joachimo per occasio-
nem pauca de rebus nostris scribas. Cum hac
scriberem à Vitebergæ adhuc habebat Hala, &
ego latebam sex, aut septem miliaribus Halâ,
in agro, expectans rei de meâ familia & reli-
quijs ejus adventum. Quid fiat de Argento-
rato, Ulmâ, & Augustâ nescio. Breviter,
quocunq; respicio, video omnia bello ardere, &
esse Casareana. Quare cum nulla terra me
capere possit, rogo Deum, ut cælum me capiat.
Bene & feliciter amicissime mi Major vale.

JOHANNES BRENTIUS
tuus exul Jesu Christi,
filij Dei.





evenisset, nisi conciones qua fuer
 sima, & precatones pro nostr
 periculum creassent. Vsi eni
 mus ea formula, quam D. Pom
 puto, Philippus præscripsit. Ha
 scribere copiose, ut sinas tibi sal
 in senectute exulis & tam mise
 curæ esse coram Domino. Nol
 lippo scribere, ne ad cumulum m
 bus scio eum hoc tempore plura
 etum, etiam meum istum Tra
 adyciam. Non sum fracto an
 mentia, Sed nisi commovear
 familie. (Nam de me non sum
 ferreus essem, & quomodo posse
 salute eius invocare? Desituta
 manâ ope, & quò terrarum me
 Atq; non dubito, quin quo m
 humiliato sum spiritu, eò pr
 Deus & sit daturus felicem ev
 autem possum, qua mihi accida
 Philippo commemoras, ut & i
 minum precetur. Scripsissem et
 mo. Camerario, sed nescio an

testifi
 toria
 es su
 el, ut
 i per
 i jam
 cibus
 Phi
 , qui
 ad sti
 sum
 a cle
 e mea
 itus)
 m pro
 ni hu
 nescio.
 ito &
 ihi sic
 Porro
 Dno.
 e Do
 pachi
 a mit
 sano

